

taxat sibi et suas ex quibus merito puniri debeat quia in tantum deliquit et nittitur^a delinquere contra legem animatam / et quia predicta sunt res mali exempli iudicium deberet regalis maiestas facere de predictis et offensiones tantas punire si honorem regium velint^a obseruare iuxta illud honor regis iudicium diligit . Verum quia ex predictis predicti ipso facto inciderunt in sententiam excommunicacionis occupando bona domini nostri pape et camere eiusdem / ac propter predicta infracta sunt pacta et conuenciones super solucione debiti memorati ac liberacione pignorum camere apostolice adiudicatorum / et quia alijs assignata sunt pignora citra solucionem dicte marche quod non fuit decens facere ' si bene aduertit regalis maiestas . quodque si in notionem veniant predicta nobilium et principum domini jmperatoris et domini nostri pape et sacri eius collegij denigrabitur bona fama regie maiestatis vestre et domini patris vestri quod deus auertat^a . Supplicat dictus nuncius et requirit ante omnia et antequam predicta locum consequi possunt seu habere predictos dominum Rawonem et Hinricum filium eius et Hinricum Katilhoot et quoscumque alios detentores ' dicti subsidij ad restituendum desumpta per ipsos habita et leuata per eosdem et quemlibet ipsorum ad tradendum et assignandum ualide et rigide compelli prout ipsi promiserunt et obligati sunt et expostulat rationis ordo . Alioquin cum ipse non intendat nec attenderit liberata pignora relinquere sed protestatus fuerit semper quod ius super predictis remaneret camere apostolice saluum petit se reintegrari ad dicta pignora amoto quolibet exinde detentore cassans^e et annullans extunc ut exnunc et exnunc ut extunc omnes litteras super solucione et liberacione heredibus domini Nicolai thuresson et vobis domino regi factas cum per predicta constet predictas non continere veritatem et quod euidens impedimentum ymmo impedimenta super solucione debiti prestantur / ex quibus possit generali interdicto regnum supponi et materia supponendi seu apponendi domino nostro pape et eius sacro collegio est aperta

^a Sic. ^b Saknas ms. ^c Rättat i ms från kallsson. ^d sua ms. ^e familiares ms. ^f se ms.
^g Ingen tvekan råder om söndagens namn, fastän en fläck i pergamentet skymmer ordslutet.
^h aduertat ms.

7683

1368 mars 31

Västerås

Notarius publicus Laurencius Mathie, präst i Strängnäs stift, intygar på begäran av påvlige nuntien Guido de Cruce, att han varit kallad till biskop Nils' av Linköping härberge i Albert Briskows hus i Västerås och i närvaro av konung Albrekt och särskilt tillkallade vittnen, biskoparna Nils i Linköping och Magnus i Västerås samt riddarna Karl av Ulvåsa, Håkan Algotsson och Droste von Stove, själv upptecknat allt, som föröfvarit och sedan författat och egenhändigt skrivit föreliggande instrument, som han försett med sitt vanliga notariatsmärke.

Guido de Cruce hade förklarat, att han kasserat det kvitto, som han 19/11 1367 givit konung Albrekt och herr Erik Karlsson (för dennes egen och hans medarvingars efter herr Nils Turesson räkning) (SD nr 7607), eftersom han ej fått uppbära betalningen för skulden till den påvliga kammaren.

Jfr SD 7330-7331, 7606-7607, 7681, 7682.

Avskrift, intagen i notarialinstrument på perg. 24/5 1870 i Instrumenta Miscellanea, nr 2587, raderna 93-95, 102-107, 127-133, Vatikanark., under följande ingress: Sequitur tenor Instrumenti recepti et subscripti ma'nu magistri laurencij Mathie clerici Strengenen'sis diocesis publici auctoritate apostolica notarij et eius signo signati .

Tryck: APS Cam. I:2 (1942), s. 736-741, nr 724.

In dei nomine amen . Nouerint vniuersi presentes pariter et futuri hoc presens publicum instrumentum inspecturi lecturi et audituri quod anno domini M cclxv iij et die ultima mensis

Marcij Jndictione ·vij.^a pontificatus sanctissimi in *Christo* patris et domini domini nostri vrbani diuina prouidencia pape ·v· Anno Septimo^b in ciuitate *Arosiensi* et in stupa Alberti Briscova in qua hospitabatur tunc reuerendus in *Christo* pater et dominus Nicolaus episcopus lincopensis existente in eadem stupa illustrissimo et magnifico principe domino Alberto dei gracia Sweorum gothorumque rege · Jn mei notarij publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus honorabilis et circospectus^c vir dominus Guido de Cruce jurisperitus rector ecclesie sancti Andree de Exsocijs Mirapiscensis^d diocesis capellanus domini nostri pape et eius nuncijs et collector in regnis Dacie Suecie et Norwegie generaliter et specialiter deputatus asserens et affirmans se anno domini M cccclxvij^o · xix die mensis Nouembris litteras formam que sequitur continentes tam dicto domino regi quam domino Erico karlson militi pro se et coheredibus domini Nicolai thuresson · bone memorie et ex causis in dictis litteris contentis concessisse in hunc modum · Vniuersis etc. ' (se SD 7607) ♦ Ad ostendendum litteras predictas formam et tenorem predictam^e continentes per ipsum concessas non habuisse suum effectum cum pro solutione debiti papalis non potuerit consequi per se seu per suos officiales et habere realiter sicut presupponunt littere predictae per ipsum concessae vnam marcham^f puri a quolibet rustico plenario^g exeunte in pignoribus camere apostolice adiudicatis que ad Mille marchas puri se extendebant / impedimentis sibi et suis officialibus prestitis nomine dicti domini regis et dicti domini Erici et aliorum coheredum dicti domini Nicolai thuresson condam de quibus ut plene posset constare / nec ipsum neque suos officiales dictas marchas habuisse seu posse leuare ♦ et ad ostendendum veritatem pactorum et negociorum inter dictum dominum regem et dominum Ericum karlsson ex vna parte de voluntate et consensu expresso serenissimi principis et domini · ducis Magnopolensis patris dicti domini regis et dictum dominum nuncium ex altera^h factorum et discussorum ante castrum Borgholmense dicto Anno in festo sancte Elizabet vidue et alijs duobus diebus precedentibus ' De et super quibus confidentiam habens quod nomine camere posset leuare sine turba et impedimento quocumque subsidium marchale quod sibi et camere apostolice fuerat assignatum in diminucionem dicti debiti superius nominati quo subsidio leuato et habito realiter per ipsum nuncium seu suos officiales littere supradictae per ipsum concessae habebant suum effectum et habere debebant ' et aliter non neque preiudicare sibi seu camere apostolice aliter poterat ad quem spectabat et pertinebat debitum memoratum et ad hoc sibi debetur cum nichil ex eodem perceperit dictus nuncius / nec pro expensis / solum et dumtaxat aliqua que dicitur subleuasse seu recepisse exhibuit ♦ Produxit dicto domino regi in dicta Stupa existente et consilium cum consiliarijs regni tenente ' quandam papiri cedula scriptam per me quam eciam per me legi fecit formam et modum qui sequitur continentem ad finem (SD 7682) ♦ Qua cedula lecta et in lingua maternaⁱ theotunicorum explicata ad requisitionem dicti domini nuncij ipse dominus nuncius a predicto domino rege presentibus domino Rawone Barnakowe et Hinrico eius filio et Hinrico katilhoot petijt in omnibus et per omnia dirigendo petitionem suam et querelam contra ipsos et eorum quemlibet quos constat esse et fuisse inuasores pecuniarum apostolicarum et sacrilegos in omnibus et per omnia prout supra petatum signatum et expositum fuit ♦ Et cum denegata sibi fuerit iusticia · seu quasi · cum nullum responsum sibi prestitum per dominum regem seu alios quod sufficiat ad solutionem seu satisfactionem debiti papalis et subsidij marchalis sibi assignate et per predictos desumpti et propter quod ipse nuncius predictas litteras predicto domino regi et coheredibus dicti domini Nicolai thuresson condam concesserat et non aliter ipse inquam dictus dominus nuncius cum frangenti fide frangi debeat eidem / omnes litteras recognitionis et quitacionis fac-

tas et concessas per ipsum de et¹ super solutione dicti debiti cum assignata sibi et camere apostolice pro solutione habere non possit neque consequi / annullavit cassavit et irritavit et cassas nullas et irritas haberi voluit ac eisdem nullam roboris firmitatem posset deinceps optinere · De quibus dictus dominus nuncius ad omnes fines sibi et camere magis utiles peccijt sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum · quod eidem concessi prout poteram et debebam · Acta sunt hec anno die¹ loco quibus supra presentibus reuerendis in Christo patribus et dominis dominis Lincopensis et Arosiensis ecclesiarum Nicolao et Magno episcopis et nobilibus viris dominis karolo de wolffasum et Haquino algatson^c ac Drozato de Stowen militibus testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis · Ego vero Laurencius Mathie clericus diocesis Strengenensis publicus auctoritate apostolica notarius premissas litteras recognitionis et quitacionis et cedula superius insertam vidi et perlegi et huic instrumento easdem¹ litteras et cedula papii ascultacione^c et correctione cum originalibus factis nichilo addito nichilo que remoto necnon protestacioni et retencioni querelacioni cedula productioni litterarum predictarum cassacioni irritacioni et annullacioni^f per predictum dominum nuncium factis / necnon omnibus alijs et singulis dum sic fiebant una-cum testibus suprascriptis presens interfui et ea sic fieri vidi et audiui / de quibus notam recepi de qua hoc presens publicum instrumentum abtraxi quod manu propria scripsi¹ et · signo meo quo utor signavi per predictum dominum nuncium requisitus et rogatus ·

^a VI APS. ^b Septimo ms. ^c Sic. ^d = helbonde. ^e Otydligt (altere rättat till altera parte?).
^f annullacioni ms.

7684

1368 mars 31

Avignon

Utgiftsanteckningar i påvliga kammaren om att Nicolaus från Perugia, firman Alberti Antiqui's faktor och prokurator i Avignon, återfått 7 464 kammarfloriner och 13 solidi Avignon-mynt, som firman inbetalat till kammaren efter 16 mars, utgörande uppbörd från bl. a. kollektorerna i åtskilliga provinser, däribland kungarikena Danmark och Sverige. Faktorn åläggas att inom 2 månader överföra beloppet till apostoliska kammaren i Rom eller annan dåvarande vistelseort.¹

Jfr SD 7683.

A. Manuale-text i Introitus et exitus 322, fol. 52 r (årtalsuppgift), 56 r (utgiftsrubrik för mars), 57 v (text), Vatikanark.

B. Uppteckning i Rotulus computatorum, A. A. Armaria C 80, fol. 4, 12, Vatikanark.

Tryck: L. J. Moltesen, De avignonske pavers forhold til Danmark (1896), s. 232, nr XXXXVI (efter A).

APS Cam. I: 2 (1942), s. 734, nr 720, av B under datum 4/1 1368, och s. 736, nr 723, av A.

Utdrag: APD 5490 (ur A).

A. — — — de Anno natiuitatis domini M̄·ccc·lxviij·¹ — — —

Die vltima mensis Marcij traditi et assignati fuerunt Nicho'lao de perussis factorj et procuratorj domini Nicholaj¹ Jacobi militis / et Benedicij Nerocij de albertis antiquis¹ de florentia et eorum societatis de pecunijs in auinione receptis ·¹ diuersimode / a sextadecima die huius mensis citra vt conti'netur in capitulo de receptis supra scilicet / a collectoribus¹ prouinciarum·Lug-

¹ Påvlige kamrerarens kvitto Rom 5/11 1368 till påvlige skattmästaren i Avignon och till firman Alberti Antiqui å 7 264 guldfloriner 13 solidi, sedan firman avdragit ett belopp av 200 floriner i omkostnader, är tryckt hos Ch. Samaran-G. Mollat, La fiscalité pontificale en France au XIV^e siècle (1905), s. 226–227, nr XV, efter Collectoria 353, fol. 221 r–222 r, Vatikanark.